

880 dicembre 28, Verona.

Di fronte al vescovo veronese Adellar, messo del re Carlo, Teuderulfus, avvocato del monastero di San Zeno, rivendica il possesso del monte Valle Strusa, su cui il *vir illustris* Rotkarius/Rothekarius/Rotekarius usa far pascolare il proprio bestiame. In una seconda seduta, Rotkarius/Rothekarius/Rotekarius porta in giudizio la carta di vendita con cui prova di aver comprato una parte di selva sul monte Valle Strusa da Odelbertus. Teuderulfus allora mostra il resoconto di un processo al quale il padre di Rotkarius/Rothekarius/Rotekarius aveva dovuto riconoscere il diritto di San Zeno sulla sua porzione di Monte Strusa. La corte dà ragione al monastero.

Originale, in Verona, Archivio di Stato, Orfanotrofio Femminile, dipl. n 4 [A].

Edizione: ChLA<sup>2</sup> LX, n. 1, Manaresi, 90.

+ In nomine domini nostri Iesu Christi. Dum resedisset domnus Adellar<sup>1</sup> reverentissimus episcopus sancte Veronensis Ecclesie et missus domni nostri Karoli victoriosissimi regis, considentibus c[um] eo Audabari<sup>2</sup> vicecomes civitatis Veronensis, in vice Vualfrit<sup>3</sup> comes, et missi et iudices Sacri Palatii Natalis<sup>4</sup> et Martinus<sup>5</sup>, seu Adelbertus<sup>6</sup>, Peterbertus, Giselarius, Odelbertus, Fredibertus<sup>7</sup>, Grauselbertus, Sunibertus, Ingo, Godalinus, Ingibertus scavini Veronensis, nec non et Leo, Landebertus de vico Sico, Frambertus, Andelbertus, Ademarius, Erimprandus de Gaio<sup>8</sup>, Rati[pert]us, Petrus ac Theoderus, Vualper[tus], Amelbertus, Grausulfus notarius et aliis pluribus, in caminata maiore<sup>9</sup> iusta Lauretum per iussionem memorati sacerrimi episcopi, conquestus est Teud[er]ulfus advocatus monasterii beati confessoris Christi Zenonis<sup>10</sup> super Rotkarium virum illustrem, eo quod paburaret monte qui vocatur Valle Strusa cum suis animalibus promiscui sexus et secaret illic erbas cum suis liberis hominibus ac servis contra legem, quia Pipinus quondam precellentissimus rex ipsum montem pro anime sue remedio cum aliis rebus in predictum Sancti Zenonis cenobium cuntullisset atque delegasset. Ad hec Rothekarius, [e]isdem iudicibus interrogantibus, si verum esset quod Teuderulfus conquerebatur, respondit: “De illo monte unde ista prosequeris, cons[ortes a]beo et instrumenta cartarum, et ideo ibi porcionem posideo”. Tunc iudicaverunt predicti iudices, ut daret Rotherikarius vadimonium de ducendis consortibus et cartis ad placitum, et posuit fideiussorem Adelberto scavino. Iterum in altero placito in presencia prefacti domni nostri reverentissimi episcopi Adelardi et prenominatorum iudicum, requisivit Teuderulfus advocatus monasterii Sancti Zenonis ab eodem Rothekario dicens: “Dedisti mihi vadimonium pro aducendis consortibus et cartis de monte qui dicitur Valle Strusa: ecce in placito astans volo ut mihi ostendas”. Tunc ostendit Rothekarius cartam vindicionis<sup>11</sup> que necdum unius anni spacium expleverat, in qua continebatur inter cetera quod quidam Odelbertus filius quondam Ragimpaldi de Agudinus v[en]dedisset eidem Rotekario suam porcionem silve in integrum quam h[a]b[ere] visus fuit de quondam genitore suo in monte qui dicitur Valle Strusa, quomodo genitor ipsius posessus fuisset, et ipse [Odelbertus dictam porcionem in inte]grum ipsi Rothekario die presenti et ora vendere visus fuisset, tam capilo, pascuo, decima et pensionem, cum omnia et in omnibus [ip]s[i] Rothe]kario vendidisset atque tradidisset, et accepisset pro ipsa vendicione a iamdicto Rothekario soldos decim; ac spoponderet idem Odelbertus se et suos heredes ipsi Rothekario et suis heredibus, ut si de ipsa vendiccione molestare aut contendere presumsissent et ab omni homine non defendissent, ut in duplum restituissent; et ipsa cartola firmata erat per ipsum Odelbertum et roborata a testibus idoneis rogatis ab ipso, scripta autem atque completa erat ab Anzeberto scriba publico, mense marcio, anno primo eiusdem domni nostri precellentissimi regis Karoli, indictione terciadecima. Perlecta eadem carta, Teuderulfus advocatus predicti monasterii dixit: “Carta hec quam ostendisti nihil nostre partis adversatur atque inpedit, quia ecce pre manibus abeo cartam

manifestacionis et sponsionis atque promissionis quam genitor tuus pro ipso monte in eodem monasterio fecit”. Tunc predicti iudices eandem cartam legere fecerunt, in qua videlicet carta manifestacionis et sponsionis sive promissionis continebatur inter cetera qualiter Plagibertus pater ipsius Rotekarii cum Leone quondam abbate predicti monasterii Sancti Zenonis altercacionem de monte Valle Strusa abuerat, et Leo abbas una cum Suniberto advocationis suo testibus abprobare voluerant quod ipse mons Valle Strusa proprius fuerat Pipini gloriosissimi regis, et ipse eundem montem cum aliis rebus monasterio beati Zenonis contullerat. Ob hoc igitur concrediderat se Plagibertus quod ipse mons proprietas esset Sancti Zenonis integriter, et spoponderat atque promiserat ut neque ipse Plagibertus neque aliquis heredum ipsius contra eandem manifestacionis et sponsionis seu promissionis paginam causari vel contraire temtaret; quod si fecissent quantum de ipso monte contendere voluissent in duplum parti Sancti Zenonis componerent, et ipsa paginam manifestacionis et sponsionis sive promissionis omni tempore suam obtineret firmitatem et sub ipsa pena subiaceret. Et ipsa carta repromissionis firmata erat per manu ipsius Plagiberti et roborata a testibus idoneis rogatis ab ipso; scripta autem atque completa et tradita erat ipsa cartola per manum Rodulfi notarii publici anno divorum imperatorum Hludovuici nonodecimo et Hlotharii eius filii octavo, indictione decima. Qua cartola perlecta, tunc interrogaverunt suprascripti iudices Rothekearium si contenderet aliquit contra ipsam cartam manifestacionis et sponsionis atque repromissionis voluisset, aut si genitor eius eam fieri rogasset, vel si bona et vera esset aut non. Qui Rotekarius dixit et professus est: “Cartola ipsa manifestacionis et sponsionis atque repromissionis quam a partem monasterii Sancti Zenonis ostenditis bona et vera est”. Cum ipse Rotekarius hec dixisset et professus fuisset quod cartola ipsa manifestacionis et sponsionis atque repromissionis bona et vera esset et nihil adversus ea agere aut causare quesisset, quia cum lege non potuisset et de ipso monte nihil eidem Rotekario pertinuisset nullamque aliam firmitatem per ullam rationem de ipso monte abere, nec in antea invenire potuisset, cum autem suprascriptus Rotekarius taliter bis et ter professus fuisset, tunc iudicatum est a prefacti iudicibus, quod pars predicti monasterii Sancti Zenonis eundem montem Valle Strusa in integrum aberet et ipse Rotekarius exinde esse contentus et tacitus; et finita est inter eos ipsa contencio. Quapropter ex iussione domni nostri sanctissimi Adelardi episcopi et prenominatorum iudicum scripsi ego Grausulfus notarius hanc noticiam dictantibus eisdem iudicibus pro futura posteritatis memoria seu firma stabilitate venerabilis loci, anno salutifere ac perenniter adorande incarnationis domini nostri Iesu Christi DCCCLXXX<sup>12</sup>, principatus autem domni nostri serenissimi Karoli regis hic in Italia anno secundo, die vicesimo octavo mensis decembris<sup>13</sup>, indictione quartadecima, feliciter<sup>14</sup>. + Adelardus servus servorum Dei sanctae Veronensis Ecclesiae episcopus et missus subscripsi. (S) Natalis iudex domni regis interfui. (S) Martinus iudex domni regis interfui. + (S) Ego Adelbertus scavinus ibi fui. + Ego Gisalarius scavinus ibi fui. + Ego Fredibertus scavinus ibi fui et manu mea subscripsi. + Ego Andelbertus ibi fui. + Ego Sunibertus scavinus ibi fui. + Ego Peredeo<sup>15</sup> scavinus ibi interfui. Signum + manus Framberto, qui interfui et manum suam posuit. + Ego Ratipertus ibi fui, manu mea subscripsi. Signum + manus Erimberto et Benedicto, qui interfuerunt et manus suas posuerunt.

## NOTE STORICHE

<sup>1</sup> Adalardo (876-915), probabilmente legato a Carlo il Calvo, appare negli atti del concilio di Pavia dell'876. Fu inizialmente invisito a papa Giovanni VIII (872-882) il quale, dopo averlo inutilmente invitato a presentarsi a Roma per partecipare a un concilio, lo scomunicò nell'878 a causa del suo comportamento illecito e prepotente nei confronti del monastero di Nonantola. In seguito alla morte di Carlo il Calvo, nello stesso 877, il vescovo veronese, evidentemente reintegrato nelle grazie del pontefice partecipava a un concilio convocato da Giovanni VIII a Ravenna; inoltre, nell'881, il papa appoggiò gli interessi di Adalardo contro il vescovo di Trento. Mantenne buoni rapporti con i sovrani: oltre che in questo placito, fu *missus* per Carlo il Grosso anche nell'882 a Roma. Per Berengario I fu arcicancelliere dall'888 all'894. Ciò non gli impedì di appoggiare in seguito la causa di Ludovico di Provenza, che invitò a Verona nel 905. (GAMS 1857, p. 805 e CAPITANI 1960, con riferimenti e bibliografia).

<sup>2</sup> Questo placito è un esempio, secondo il Castagnetti, di un giudizio in cui un *missus* regio era affiancato da un duca o un conte, anche se in questo caso si trattava di un delegato del conte (CASTAGNETTI 1995, p. 50). BOUGARD 1995, p. 297 sottolinea come l'autorità di *missus* del vescovo Adalardo sia coerente con una riforma dell'876, che attribuiva a ciascun vescovo poteri di ambasciatore regio nel proprio episcopio. Su Audabari MOR 1964, p. 74.

<sup>3</sup> Qui è definito conte di Verona per la prima volta, a meno che non si accetti l'identificazione, proposta dal Castagnetti, con un Walfredo presente al concilio di Pavia del 876 e che si sottoscrive, nell'877, al testamento di Angelberga vedova di Ludovico II. Si legò a Carlo il Grosso con cui appare a Pavia e a Pisa tra l'880 e l'881 (DD Caroli III, 16 e 32; MOR 1964, p. 74). È definito *inulster marchio* da Berengario I (DD Berengario I, 4 e 8) e appare tra i campioni del re nei *Gesta Berengarii* nel racconto della battaglia della Trebbia. Nell'894 accolse in città Arnolfo di Carinzia, cui si era legato lo stesso Berengario. Ad Arnolfo rimase comunque fedele nonostante le simpatie di Berengario fossero mutate: nell'896, Walfredo difese Verona da Berengario e in quell'occasione trovò la morte (CASTAGNETTI 2011, p. 18). Nell'884 un suo vassallo, Teutelmo sculdascio, donò alcuni possedimenti siti in Zevio a Ermenuldo diacono preposto di Santa Maria in Organo e a Frediberto scabino (Fainelli I, 292). Sua moglie Gisla fu destinataria di una donazione regia, di cui è rimasta testimonianza in DD Berengario I, n. 11). Nel 913, nella casa che fu di Walfredo Berengario tenne un placito (DD Berengario I, n. 88) (CASTAGNETTI 1990a, pp. 67-72, CASTAGNETTI 1989, p. 30, HLAWITSCHKA 1960, pp. 279-282).

<sup>4</sup> Natalis presiedette come giudice anche il placito tenutosi nell'880 a Pavia (Manaresi, 89). Nel giugno dell'892 era a Piacenza (Manaresi, 99), e nell'896 a Milano (Manaresi 101). L'ultima attestazione risale all'898 (Manaresi 107). In questo placito, Natalis è definito "iudex sacri palatii" nel testo, ma si sottoscrive come iudex domini regis (RADDING 1988, p. 229).

<sup>5</sup> Martinus presiedette lo stesso anno anche un placito a Pavia (Manaresi 89) e l'anno seguente uno a Siena (Manaresi 92). Come Natalis, è definito "iudex sacri Palatii" nel testo del documento, ma si sottoscrive come "iudex domini Imperatoris" (RADDING 1988, p. 229).

<sup>6</sup> Nell'877 partecipò al placito che contrapponeva il monastero di San Zeno ad Avuardo e Giselardo per un territorio in Moratica (Veneto 6).

<sup>7</sup> Nell'877 partecipò al placito che contrapponeva il monastero di San Zeno ad Avuardo e Giselardo per un territorio in Moratica (Veneto 6).

<sup>8</sup> Gazzo Veronese (VR).

<sup>9</sup> La scelta dei luoghi non dipendeva tanto da una loro precipua vocazione ad essere aule di giustizia: in questo caso, si scelse di sfruttare le capacità di riscaldamento del locale, che per l'occasione dovette contenere 26 persone (BOUGARD 1995, p. 213).

<sup>10</sup> Su San Zeno KEHR 1923, pp. 267-271.

<sup>11</sup> Documento perduto (Fainelli I, n. 271).

<sup>12</sup> La scelta della datazione secondo l'ora di Cristo, tipica dei documenti cancellereschi, sarebbe da attribuire alla presenza di Adalardo in qualità di *missus* dell'imperatore secondo Santoni (ChLA<sup>2</sup>, p. 13).

<sup>13</sup> La datazione al quarto giorno dopo Natale è coerente con quanto rilevato da BOUGARD 1995, p. 208 riguardo all'attenzione nei confronti delle interdizioni religiose nella scelta del giorno in cui convocare un placito.

<sup>14</sup> L'espressione "feliciter", posizionata dopo la data, è una caratteristica tipica dei placiti di area veronese (BOUGARD 1995, p. 130).

<sup>15</sup> Ai dieci scabini elencati nel testo, dunque, si dovrà aggiungere Peredeo, che come tale si sottoscrive. Del resto, solo cinque degli altri scabini appaiono nelle sottoscrizioni (CASTAGNETTI 2008, p. 53).